



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

III. Herzog Barnim von Pommern ertheilt den Tempelherren innerhalb  
seiner Lande Zollfreiheit, am 4. März 1236.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

rum in territorio Castrı de Krach iuxta fluuium mızla de terra uidelicet inculta; item aliorum CCtorum manforum decimam in confinio castrı Iden iuxta Riulum Rurıtza, hoc tamen modo et ordine intercepto, ut de quolibet manso due mesure filiginis in mensura de lubuz Ecclesie ibidem singulis annis expleta libertate perfoluantur, saluo iure episcopali ac sinodali obseruatione, quam ecclesie mee illibate a colonis eisdem censui iustis temporibus exhiberi. Cum multis retroactis temporibus Ecclesia presata nullum fructum in locis predictis habuisset, maluit partem apud Religiosos habere, quam propter desertum de toto carere. Vt autem perpetue sit hec donatio, mei et capituli Sigilli munimine scriptum presens roborauı. Datum Lubus, anno gracia millesimo ducentesimo tricesimo quinto.

Aus Bedmanns handschriftl. Sammlung, worin noch bemerkt ist, daß auf der Rückseite der Urkunde der Ort Quartischen genannt sei.

### III. Herzog Barnim von Pommern erteilt den Tempelherren innerhalb seiner Lande Zollfreiheit, am 4. März 1236.

Ego Barnim, dej gratia Dux Slauorum, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, quı salutis omnium est amator. Superna inspirante clementia mente concipitur opus bonum, per quod beatitudo perpetua emendari poterit et conquiri, nec non etiam terra inde uiuentium introjtur, Illa uidelicet, de qua psalmista asserit dominum omnium efflagitans: portio mea, domine, sit in terra uiuentium. Notum itaque sit tam presentibus quam futuris, quod nos tactj spiritus sanctj afflamine, ad honorem dej et in subsidium terre sancte fratrumque militie templj talem concessimus libertatem per totam terram nostram, vt nec ipsi nec homines eorum, qui ad partes nostras sunt deinceps transituri, vlla penitus exactione thelonej uexabuntur. Vt autem hec nostra concessio et donatio libertatis inconuulsa pepetuo et inuiolabilis permaneat presentibus eam litteris bonum duximus cum sigilli nostri appenditiis communire; testibus quoque idoneis uolumus roborare, quorum nomina sunt hec: Prizniborus, Camerarius, Stephanus, Dapifer, Sulizlaus, Thessraadoviz, Rimboldus, Retimarus de Gardiz, Nycholaus, Scriptor et alii quam plures. Datum in Spandow, IIII Nonas Martii, anno domjnice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>.

Aus L. v. Lebebus Allg. Archiv XVI, 317.